

PRÆFATIO.

liticum : aspernentur autē è contra ^{Humile}
illum miserum, mansuetum, humi- ^{Christi}
lem, vilem & contemptum; nec reci- ^{nemo}
pere, profiteri & imitari ipsum cu- ^{vult i-}
rent. Quibus proinde vicissim in ^{mitari.}
illa die dicet, *Nescio vos*, & vestrum
hoc superbum tam ignoro, quam
vos olim humilitatē meam fuistis
dedignati. Quæ corrupta & impia ^{Impij o-}
vivendi ratio, nō jam saltem Chri- ^{mnibus}
sto illiusq; disciplinæ ex diametro ^{creatu-}
adversatur, sed divinā in super iram ^{ris sunt}
& pœnas sic cumulat quotidie, ut ^{exosi &}
pœne creaturę universę, Coelum & ^{invisi.}
Terra, Ignis & Aqua, Creatoris sui
injurias ulturæ adversus nos mili-
tent: totumq; adeo mundi systema
ceu justa indignatione cōmotum,
ruinam minetur. Hinc vero anno-
næ caritate plectimur, bellorum
cladibus punimur, fame deniq; &
peste supplicium de nobis sumitur.
Nec tamen hic modus: nam plagæ ^{Ultimæ}
mundi ^{plagæ in-}
^{gruentes}